

Ziber

esse altis. Quod deinde caput transfatū p omnes leges ambulauit. Inuentūq; diuerticulūē in fraude eage gallinaceos quoq; pascendi lacte addito cibus. Multo ita gratiores approbant. Fœminæ quidē nō oēs ad faginā eligunt: nec nisi in cernice pingui cute. Postea culinae artes ut clunes spectent: ut diuidant i tergora: ut a pede uno dilatatae repositoria occupēt. Dedere & parthi cocis suos mores. Nec tū in hoc māgonio quicq; totū placet: hic clune: alibi pectore tantū laudatis. Auaria primus instituit inclas oīum generum auibus. M. Lælius Strabo brundusii equæstris ordinis. ex eo cœpimus carcere aialia cohercere quibus natura cœlum assignauerat.

De Aesopi patina.

Cap. li.

Maxime tamen insignis ē in hac memoria Clodii Aesopi tragici histrionis patina: sexcentis sestertiis taxata in qua posuit aues cantu aliquo aut humano sermōe uocales nūmis sex singulas comeptas nulla alia inductus suauitate nisi ut in iis imitationē hoīs māderet: ne quæstus quidē suos reueritus illos opimos & uoce meritos: dignus proxus filio a quo diximus deuoratas margaritas. Non sit tamen (ut uerum fatear) facile inter duos iudicium turpitudinis: nisi quod minus est: summas rerum naturæ opes q̄ hominum linguas cenasse.

De generatione auium: & præter aues quæ quadrupedes oua pariant.

Cap. lii.

Cenchris
sola ex.

Generatio auium simplex uideēt esse. cū & ipsa sua habeat miracula: quoniā & q̄drupedes oua gignunt: chamæleōtes: lacertæ: & q̄ diximus inter serpentes. Pennatorū at̄ infœcunda sunt quæ ad uncōs habēt ungues generi. Nulla ex iis supra quaterna edit oua. Tribuit hoc autū generi natura: ut fœcundiores essent fugaces eage q̄ fortes. Plurima pariūt strutio cameli galinae: perdices: fali. Coitus auibus duob; modis. Fœmina humi consistēte ut in gallinis: aut stāte ut in gruibus. Ouog; alia sunt candida ut colūbis: pdicibus. Alia pallida ut aquaticis. Alia pūctis distincta ut meleagridū. alia rubri coloris ut phasianis: cœchridii. Intus at̄ oē ouū uolucrū bicolor. Aquaticis lutei plus q̄ albi. Idq; ipsam magis limidam q̄ cæteris: Piscium unus color: in quo nil candidi. auium oua ex calore fragilia. Serpentium ex frigore lenta. piscium ex liquore mollia. aquatiliū rotunda. Reliqua fere fastigio cacumina. Exeunt a rotundissima sui parte. dum pariuntur molli putamine: sed protinus durefcente: quibuscunq; emergunt portionibus: Quæ oblonga sint oua gratiores saporis putat. Oratius Flaccus. Fœminam edunt quæ rotūdiora gignuntur reliqua marem. Umbilicus ouis a cacumine int̄ est cœngutta emines in putamine.

De tēpore & generatione icubatus auium & coitu. Cap. liii.

Bradam omni tēpore coeunt ut gallinæ: & pariunt: præterq; duobus mensibus hyemis brumalibus. Ex iis iuuenæ plura q̄ ueteres: sed minora. Et in eodem fœtu prima & nouissima. Est autē tanta fœcunditas ut aliqua & sexagena pariant: aliqua quottidie: aliqua bis die: in tantum ut effœtæ moriantur. Hadrianis laus maxima. Columbæ decies anno pariunt: quædā & undecies. In ægypto etiā brumali mense. Hirundines & merulæ & palūbi & turtures bis anno pariunt. Cæteræ aues fere semel. turdi i cacuminibus arborū luto nidificātes pene cōtextim i secessu generant. A coitu. x. diebus. oua uaturescut in utero. Vexaræ autem gallinæ & columbæ penna euulsa aliaue simili iniuria diutius. Omnibus ouis medio uitelli parua inest uelut sanguinea gutta quod esse cor auium existimant. Primum in omni corpore id gigni opinantes. In ouo certa est gutta ea fallit: palpitatq;. Ipsum animal ex albo liquore oui incorporatur. Cibus eius in luteo est. Omnibus intus caput minus toto corpore. Oculi compressi capite maiores. Increfcente pullo candor in medium uertitur: Luteum circumfunditur uicesimo die: si moueatur ouum. Iam uiuentis intra putamen uox auditur. Ab eodem tempore plumescit ita positus: ut caput supra dexteram pedem habeat: dexteram uero alam supra cadāt. Vitelus paulatim deficit aues omnes in pedes nascuntur cōtra quam reliqua animalia. Quædam gallinæ omnia gemina oua pariunt: & geminos interdum excludunt: ut Cor. Celsus auctor est: aliterum maiorē: alioquin negant omnino geminos excludi. Plus uicenaquina incubanda subiici uetate. Parere a bruma incipiunt. Optima fœtura ante uernum æquinoctiū. Post solstitium nata non implēt magnitudinem iustam: tantoq; minus quanto serius peruenere.

De uitis & remediis incubantium.

Cap. liiii.

Oua incubari infra. x. dies edita utilissimū. Vetera at̄ recentiora infœcunda. Subiici impari numero debent. Quarto die postq; cœpere incubari si contra lumē cacumine ouog; apprehenso una manu purus & unius modi perluceat color: sterilia existimant̄ esse: proq; eis alia substituenda. Et in aqua ē experimentū: inane fluitat. Itaq; fidentia hoc est plena subiici uolunt. Concuti uero expimento uetant: quoniā nō gignāt. confusis uitalibus uenis. Incubationi datur initiū post nouā lunā: q̄ prius inchoata non proueniāt. Celerius excludunt̄ calidis diebus. Ideo æstate unde uicesimo educūt fœtum hyeme uicesimo q̄nto. Si cubatu tonuerit oua pereūt: & accipitris audita uoce uitiant̄. Remediū contra tonitruum: clarus ferreus sub stramine ouog; positus aut terra ex aratro. Quædā at̄ & citra incubitū spōte natura gignit: ut in ægypti figmentis est scriptū. De quodā uinipotoze reperit̄ syracusis tādū potare solitū: donec ab eo cooperta in terra fœtum ederent oua. Quin & ab homine perficiuntur.

De auguriis ouorum.

Cap. ly.